REMIGIUS ALTISSIODORENSIS

Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 131r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25986
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Paterfamilias ille hoc loco intelligitur
qui superius duos filios habuisse narratur. deus
scilicet pater. qui plantavit vineam id est sy
nagogam quam diversis signis atque prodi
giis de egypto liberavit. et eam in terra
promissionis locavit. De qua dicit psal
mista. Vineam de egypto transtulisti.
Et ysaias. Vinea domini sabaoth. domus
israel. Et sepem circumdedit ei. id est murum
urbis. vel angelorum auxilia. Et fodit
in ea torcular. id est iussit altare fieri.
Et edificavit turrem. templum scilicet
de quo per micheam dicitur: et tu turris gre
gis nebulosa filia syon. Et locavit
eam agricolis. quia eam commisit doctoribus
et senioribus iudeorum. et universo populo.
Isti sunt agricole illi qui diversis horis opera
rii ad vineam vocantur. Et peregre pro
fectus est. Queritur quomodo deus pater peregre pro
fectus est. cum ipse per ieremiam dicat.
ego deus appropinquans. et non de lon
ginquo. Profectus dicitur non loci mutatio
ne. sed ut per hoc liberum arbitrium vi
nitoribus et agricolis concessum monstra
ret. Cum autem tempus fructuum appro
pinquasset. Non dicit proventuum. quia etsi
tempus fructuum habuerunt bona operari
neglexerunt. Misit quoque servos suos id est
prophetas quorum vaticiniis docti fruc
tus bonorum operum ferrent. Agricole ap
prehensis servis eius alium ceciderunt.
ut ieremiam. alium occiderunt ut ysaiam.
alium lapidaverunt ut nabaoth et za
chariam quem interfecerunt inter templum et
altare. Iterum misit alios servos
plures prioribus. Alios servos. alios
prophetas dicit. quos per singulas generationes
ad populum iudeorum misit. Novissi
me autem misit ad eos filium suum.
Considerandum quantum per singulos gra
dus divine misericordie videmus malicia
crescebat. et quantum secundum gradus iuda
ice malicie divina misericordia augeba
tur. Nam occisis servis non dedignatus
est ad eos mittere filium. dans eis
locum penitentie. dicens verebuntur
filium meum. Tunc pater deus filium suum mi
sit. cum eum ex virgine incarnari consti
tuit. Misit non ut puniret. sed ut con
funderet. quatinus confusi penitentiam
agentes salvarentur. Quod autem dicit
verebuntur filium meum. non de igno
rantia venit. quia deus pater qui hoc loco
intelligitur. nichil est quod nesciat. Sed
quasi ambigere dicitur. liberam voluntatem
et arbitrium concessum hominibus declarat.
Agricole autem videntes filium. dixe
runt intra se. Hic est heres. venite
occidamus eum. et habebimus heredita
tem eius. Ostendit his verbis iudeorum
principes non ignorantia sed per invidiam
dei filium occidisse. Dixerunt enim. Ec
ce mundus totus post eum vadit. si
dimittimus eum sic. omnes credent in
eum. Et venient romani. et tollent
nostrum locum. et gentem. et regnum. Intel
lexerunt enim illum esse cui pater loquitur
dicens. pete a me. et dabo tibi gentes he
reditatem tuam. Hereditas filii. uni
versalis est ecclesia. quam non pater moriens